

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. II. Consummationis hujus adumbrantes historiolæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dum persiciatur.
Sanguineus hic baptismus jam ad finem deductus, jam
perfectus est. Ultimam manum opus recepit. Ad finem
dolorum ventum est. Mercenarius qui tulit pondus
deici & astus, cum vesper adest operatus, suaviter respi-
rat, in oculis est denarius diurnus. Agricola cum sege-
tem demessam feliciter mandavit horreis, triumphat &
sibimet applaudit. Vjinor cum vinemjā jam solutā in
doliis vinum spuma, latus cantat. Peregrinus itinere
confecto, in via termino hilaris pausat. Orator pro-
nuntiatu oratione, hanc epilogu necit clausulam: Dixi.
Videte mercenarium fidelissimum, qui non tanum
plurimorum dierum, sed tot annorum pondus & astus
perullit. Videte agricola filium de messe securum, qui
Ioan. cap. 15. de lepto fassili: Pater meus agricola est. Vide te ynitorem,
vers. 1.
Isaia c. 63. qui toscular calcavit folus. Vide te peregrinum, qui
vers. 3.
Ioan. c. 16. exivit à Patre, & venit in mundum, iterum relinquit
vers. 28. mundum, & vadiit ad Patrem. Audite oratorem diser-
tissimum, cuius omnis vita oratio fuit pulcherrima.
Vita Christi fuit ora-
tio pul-
cherissima.
Ioan. cap. 19. est. Dixerat Iustus, orthographiae sua tenax. Quod scripsi,
vers. 22. Christus aquiloni jure dixerit, Quod dixi, dixi. Nec litterula, nec syllaba, nec apex aut punctulum deest
huic operi addendum.

Ador. c. 15. verf. 10. Consummatum est jam vetus Testamentum, longum per tot umbras prologum. Gaudeamus plurimum nos liberatos à iugo, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus, ut Petrus in Apostolorum senatu loquitur. *Ad Hebr. c. 7. v. 19.* Et facetur Paulus: Nihil ad perfectum adduxit lex. Omnia Synagogae erant operis imperfecti. Nunc Opus hoc exalciatum, *Consummatum est.*

Gen. cap. 11. vers. 4. Consummatum est ædificium grande, præcelsum, cuius culmen pertinet ad celum. Auctor annuum sex diebus orbem condidit, die septimo ab opere quietiv. Ita Christus hanc structuram edificissimam die sexto finit, in sepulchro interquevit septimo. Nœmüs annis centum fabricavit arcam. Operosa fane ac diurna fabrica, quâ solum octoni homines cum collecto pecore servabantur. Ædificium Christi fuerat quidem minoris temporis, sed molis longè majoris, jam Consummatum est.

Hic repeto, quod crebrius imprimendum alto pectori. A primo vite momento Christus in crucem actus est. Nam eo ipso temporis puncto, quo Dei Filius in utero virginis hominem induit, mandatum a Patre recepit, patetur se crucifixus, ut iustitia divina misericordia inducat. Ad quam utique Christus suum illud subiunxit: Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Ita mihi Pater. Sic in utero matris factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Haec Paulus ipse confirmans, Ideo, inquit, ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem apertisti mihi; holocausta & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam. Ab hoc igitur momento Christus futuros cruciatus suos omnes, flagella, spinas, crucem, clavos, plagas omnes, ludibrija, dolores universos in oculis semper habuit, & ita, si probè ratiocinemur, trigesinta quartus annis in cruce peperit. Nos verò uti jumentum molarium, aut fullonicum cæcum alia atque alia patimur, ignari meritis quid passuri simus vespere. Bonum nobis nescire seriem misericordiarum nostrarum, nec prævidere posse quid postera, quid ultima ferat dies; paullatim aliud ex alio nos tangit malum. Idcirco Christus, Nolite, inquit, solliciti esse in craſtiniū. Crastinus enim dies sollicitus eris fibiū. Suffici dei malitia sua. Ipse verò Servator sua simul omnia præviderat tormenta; hinc longissimum crucis cruciamentum pertulit. Septennii periodo suas Jobus clausit ærumnas. In annos

A quatuor & triginta suis Christus extendit dolores. Tandem omnibus ad finem perductis dixit, *Consummatum est*, prælium ingens adversus peccatum, mortem, diabolum. Hos hostes ira subnervavit & vinxit, ut ab iis ladi non possit, nisi qui propriùs accesserit, & ladi velit.

§. II. *Consummationis hujus adumbrantes historiola.*

CVM Athenienses, Suidâ teste, contra Medos Per-
fâque Marathone pugnarent & vincerent, Hæc
monius liceat letali vulnere affectus, Athenas tamen eo
ipso die percolavit, & in senatu, qui eo ipso tempore
confederata, proclamavit, Μίτια χαιρετε, γενεφόδιο. Gaudio
gaudete, vicimus. Hæc ubi dixit, collapsus humi obiit. Si
summa iniis licet conferre, Christus nütians viatorum,
Consummatum est, inquit, & inclinato capite tradidit
spiritum. In rem præsentem dixit Guericus Abbas: Ge-
sufferientia tibi fuit usque ad redditum substantia; gesufferientia
Domini usque ad exitum vita. Consummatum est.

B Jam omnia quæ p̄cesserunt sacrificia, imagines, figurae, vaticinia, oracula suos habent extus. Christus iis omnibus & singulis quasi subscriptis; *Consummatum est*. Passus Christi ac mortitati effigies & apographum a fuerunt, Iris in nubibus depicta, Abel à Caino interficetus, Noëmus arcā clausus, Iisaac à patre immolandus, Jacob hædinis pelliculus tecitus, Jósephus à suis mercenariis in Aegyptum venditus, Serpens æneus in deversis locis conto suspenitus, Goliathus Davidis silice devenitus, Rex David urbe pulsus trans torrentem nudis pedibus & flens egressus. Quidquid igitur David, Iudas, Daniel, Zacharias, alii de Messia ignominiosa & acerba morte prædicti sunt, id exactissime impletum, Consummatum est.

Jam proclamati potest, Ite, licet : Sacrificium ceteris omnibus sacrificiis adumbratum, jam absolutum est. Vna enim oblatione, inquit Paulus, consumavit in semper ternum sanctificatos. Quod & beatus Leo suaviter insit.

*lans, Crux tua; inquit, omnium fons benedictionum, omnium S. L.
est causa gratiarum; per quam credentibus datur virtus de-
finitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Nunc etiam car-
naliū sacrificiorū ritū cessante, omnes differentias hostia-
rum una corporis & sanguinis tui implet oblatio, ita uniuersa
in te perfice mysteria, ut sicut unum est pro omni victimā &
crificium, ita unum de omni gente sit regnum. Missa sacrifici-
ū & res divina, Christi patiens est memoria, prout enarrat
jussit Dominus: *Hoc facite in meā commemorationē*, pater
Christus Pontifex summus ad vestiendum fese facta
rium est ingressus, cùm hominim induit, habitu inventus
ut homo. Introitus sacri, dies natalitius Domini, quo prae-
mam vocem emisi similem omnibus plorans. Hymnum Glo-
ria in excelsis, cantarunt Angeli. Epistola, Christi do-
ctrina in templo concionantis. Evangelium, sermones
Christi per Iudeas ac Galilæas urbes docentes. Trifagion
illud Sanctus, Sanctus, Sanctus, dies Palmatur ceedit,
quo clamatum, *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Matthei
Consecrationem Dominicū corporis suprema cena tra-
dit. Elevationem erēcta crux in monte praefigūla-
vit. Agnus Dei ab iis memorie proditus, qui pertinetent. Iac-
obus sua revertebantur. Canamus nunc: *Ite missa est;* *Consummatum est.**

Suum erat membris omnibus singulare tormentum.
Nec venula se subducere potuit dirissimis doloribus.
Caput vepribus perforatum, capilli vulsi, facies sputis
& colaphis foedata, oculi spectaculis mefittissimis cruci-
ciati, aures saturate probris, narcs feroribus affecta,
manus & pedes perfossi, corpus concisum flagris, funi-
bus extenuum. Sola poterat videri lingua dolorum vaga-
cua, sed & illa denique acero, felle ac siccata vexata. Ideo
cum accenisset acerum, divir. *Consummatum est.*

Ita Medicus noster pro nobis omne austerioris medicinae imperium exhaustus : diatam, sudorem, phlebotomiam amarissimam, ad radicem morbi tollendam

non respuit. Dieq̄a usus, jejunium quadragintadiale iniit. Sudavit in horo, & quidē sanguine. Prætorum Pilati missionem sanguinis exceptit. Acetum illi mons Golgotha ministravit. Curatio expleta, *Consummatum est.*

§. III. Christi consummatio absolutissima, nostra vix illa perfecta.

Non habuit humana nequitia, quō progrederetur amplius, quām ut ipsum aggressa Deum, Dei filium sufficeret cruci. Ergo, quod David dixit, *Consummatur nequitia peccatorum.* Ergo quod dixit Christus, *Inplete mensuram Patrum vestrorum.* Nequitia magna, innocentem; major, benefactorem; maxima, Deum occidere. Judas improbus servus suum Dominum, discipulus Magistrum hostibus obiecit. Judæi suum Messiam, orbis suum conditorem neci dedit. Hæc nequitia meta. *Consummatum est.*

Quidquid providentia & justitia Dei ab omni ævo ad humana gentis libertatem spectans decreverunt, id omne jam ad amissim, ad ultimum, ad unguum consummatum est. Clarissimè prædictum ab ipsamet Veteri Testimoniis, *Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia sunt. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummationem eam quam capi tenere, non deseram.* Sed multò mollius in fimo federat Jobus, quām in cruce pendebat Christus; neque Ius Golgotha factor defuit. Nos

Amici Jobi amicos insigniter representamus. Suum illi cognatum initio non noverant: *Cūque elevaverint procul oculos suos, non cognoverunt eum.* Ah, quoties Christum crucifixum vel digitu monstratum dissimilamus nosse?

Consummatio humana perquam rara, & plerumque virtuosa. Homini innoxiam aliquam, præstatum in libidinem pruriēti, Christum in cruce pendente monstra, & interrogat, num virum illum noverit? Ille aversis aliorum oculis reip̄a negabat nosse, & furente cursu ad determinatam properabat nequitiam. Si Christum crucifi-

xum nosset, Christum sibi etiā non rursum crucifigeret, & ostentui haberet. O perfidos amicos, qui amissimum sibi nec nosse quidem volunt! Deinde illi Job cognati disputare magis venerant, quām solari. Unde non mitesceret morbus & dolor, sed aggravesceret.

Hinc illa Jobi querimonia: *Consolatores oneroſi omnes vos efficiuntur.* Numquid habebunt finem verba ventosa? Tales nos amici sumus, homines miserationis exiguae, & circa mores emendationis perquam rara? Nihilominus hic nosser amicus in ligno fixus, ab innocentia suā non recedit, & cœptum in nos amorem non definit, jāmq̄e in ipsa cruce canit: *Consummatum est. Consummata est, inquit beatus Leo, proditio discipuli, negotio Petri, damnatio Pilati, aversio populi, crucifixio Filiū Dei. Consummata estnox limbī.*

Scriptura impletur. Synagoga moritur, Ecclesia nascitur, voluntas Patri perficitur. Cum Bernardo iam jure dicerim: *Quām duliciter, Domine Jesu, cum hominibus conversatus es! quām abundanter humana redēptionis opus consummasti!* quām perfectè voluntatem Patris expleyiſt! quām fortiter tam indigne, tam aſpera & dura pro hominibus passus

Ambro. 10.3. es! dura verba, duriora verbera, durissima supplicia. Acetum, in cap. 23. Ambroſio teste, bibitur, viuum cum felle non bibitur; non quia ſel, ſed quia admixta vino amaritudines recuſantur. Since-

ritati namque non debuit amaritudine miseri, ut offendetur ſue amaritudine immortaliitas reſurgentium futura. Benē ergo ad consummanda omnia acetum bibitur, corruptio ſinceritatis hauritur, ut omnia que vitia fuerant, cruci affegerentur.

Edu. c. 29. Sitacidez verbis merito moneſum: *Gratiā fidēiſſoris (tui) ne obliviſcaris;* dedit enim pro te animam suam. Ita dedit ut perfectissimè omnia de te vaticinia implētur, dum ad

Tom. II.

A crucem ipsam suo corpore vediādam Patri obsequentiſſimus fuit. *Consummatum est.* Hic quivis animo ardenti apud seipsum statuat: Malo mori, quām Deum ſciens volens offendere, ſervitū Christo debitum consummabo.

Valerius factum narrat memoratū dignum. C. Mæſt. lib. 3. viii. Centurio Auguſti Imperatoris, cū Antoniano bello ſepennero excellentes pugnas edidifet, improviſis hostiā insidiis circumventus, & ad Antonium Alexandriam per iuctus, interrogatique, quidnam de eo ſtati debet. Jugulari me, inquit, jube, quia non ſalutis beneficio; nec mortis ſupplicio adduci possum, ut aut Cæſaris miles definam, aut tuus eſte incipiām. Quod conſtantius vitam contempſit, eō facilius impetravit. Nobilis animus & generofum conſtantiae propositum. Hoc nimurum eſt Duci ſervare fidem. Ita quilibet Christiani ſanguinis cum animo ſtatutum habeat: Ego de- cies, ego centies, ego milles malo mori, quām à Chri- ſto meo aversus in iſtū, aut illud, aut aliud crimen pro- labi. Nec vita beneficio, nec mortis ſupplicio adduci potero, ut aut Christi miles eſte definam, aut incipiām eſte diaboli. Nec caro, nec mundus, nec totus cacodaemonum exercitus, a Christo meo me avellent: ſuratam fidem explebo, inchoato opus conſummatabo.

§. IV. Omnia denique conſummantur: Conſum- matio Christi liberalissima.

R Ex David omnium rerum exitus considerans, Om- Psal. 118. ni, inquit, *consummatio vidi finem.* Quidquid vers. 96. temporis eſt, vanum, breve, caducum eſt. Hic laborem quies, gaudium plerumque luctus terminat: omnia ſuo clauduntur fine. Vidi finem omnis conſummationis. Pro Christo quidquid patimur, modicum, momentaneum eſt, & fine coronatur beatissimo: quod patimur pro mundo, initium in vita, incrementum in morte, conſummationē habebit in iudicio: ſicut latronum alter cruciatus avenales inchoavit in cruce: at ille cru- cis dolores, quas paucis horis finit, paradiſi gaudiis mutavit. Non dabit in eternum fluctuationem iusto. Nullum Psal. 54. v. 23. eſt adiſcium tam firmum, quin tandem ruat; nec ullum eſt gaudium tam copiōsum, quin demum definiat; ſed nec ullus dolor aut luctus eſt tantus, quin tandem fi- niat. Deficiunt denique omnia, nec eſt ſub ſole quid- quam, quod perennet: ſuis queque finibus arctantur. Latum mandatum tuum nimis. Præmium iustis promi- sum, ſupplicium improbis decretum immortalia ſunt & æterna. Uti autem certò ſcimus ab eventu fuſſe ve- ra, quæ Prophetæ tot annorum centuriis, antequam evenerint, prædicterunt; ita certò ſciamus omnia quæ Prophetæ, quæ Christus & Apoſtoli vaticinati ſunt, evenutra. Suus omnem conſummationem ſepeliet fi- nis. Mille nobis cauſæ ſunt ad futuram conſummationem. Āeo Noëmi diluvio merſi nullum ſeculo pri- oribus diluvium, quo terrentrur, ſciverunt: nec Sodoma Gomorrhaeque cives ſimile incendium, quo extingue- rentur, timuerunt. Nobis haec omnia in oculis ſunt, tot terum precedentium conſummationes ſcinius, memi- nimus, audivimus, vidimus, & tamen ab amore rerum caducarum abduci non poſſimus, ut conſummationis futurae memores ſancta ſapiamus. Dilucidissimè Chri- ſtus commonens. Sicut enim, ait, erant in diebus ante di- luvium concedentes & bibentes, nubentes & nuptiū tradentes, uſque ad eum dien, quo intravit Noë in arcā, & non cogno- verunt donec venit diluvium, & tulit omnes; ita erit & adven- tur Filii hominū. Si architectus moneat: Videte, aedes ita male materiata, vitium faciunt, & ruinari minantur ſubito collapsa. Sibi jam imputent, ſi qui obterantur ruinā. Christus orbis architectus, ex alto crucis pe- gmate moneat: Cavete, domus tuet, omnium vestrum imminent conſummatio. Christus ipſe perseveravit in cruce, ne ſuā tantum opus privaretur conſummatione.

Psal. 118.

vers. 9.

Præmium iustis pro- missum, ſupplicium improbis decretum immortalia ſunt & æterna.

ſunt & æterna.

Matt. 7. 24.

v. 38. & 39.